39 Cur locis arduis difficilius ambulemus? An quoniam omnis ingreſſus attollentia,& poſitione conficitur. Attollere igitur præter naturam eſt, ponere ſecundum naturam, proponere medium tenet. Inambulando autem locis arduis, multum ſortis illius auerſæ à natura proculdubio eſt. 40 Quare qui curſum ex equo arripiunt, minus decidunt? An quòd magis cauent, quàm timent.

Eorum quæ ad ſeßionem, accubitum, & habitum corporũ pertinent, Sectio ſexta, cuius quæſtiones 7.

CVr ſedile alios impleat, alios extenuet? Vtrum habitus corporum diſtent inter ſeſe, vt alij calidi, alij frigidi ſint. Ergo ſi ita eſt, calidi implentur: cibum enim corpus vi ſui caloris exuperat. Frigidi autem, quòd aduẽtitium calorem deſiderant, quem ex mouendi ratione potiſſimum corpus acquirit, concoquere nequeunt, dum quieſcunt. An quòd alij excrementis redundant,& ob eam rem motum, qui ea conſumat, deſiderant, alij non. 2 Cur partes corporis diſtendendæ ſint? quod qui ſe exercitant, facere conſueuerunt. An quòd meatus ſpiritu ſuo perpurgari oporteat. 3 Cur inflexo corpore cubare melius eſt, quod etiam medici plerique præcipiunt? An quòd venter, cùm recaleſcit, concoquere celerius poteſt: ſic autem fit vt recaleat. Adhæc locum flatibus dare, in quem incumbant,& innitantur, oportet: ita enim minimè infeſtabunt. Hinc enim & varices, & cæteri abſceſſus iuuant, quòd ventriculos continent, in quibus flatum recipere queunt. Ergo corpore extento, cauerna nulla eiuſmodi adigi poteſt: locum etenim omnem viſcera occupant. Inflexo autem, ſingula laxantur,& ſinuantnr. 4 Cur vertigo ſurgenti potius accidat, quàm ſedenti? An quoniam quieſcenti humor vniuerſus vnum in membrum ſe colligit: ex quo cruda etiam oua nequeunt circumuerti, ſed protinus decidunt: mouenti autem, humor ſe æquè expandit. Surgimus igitur à quiete, qua ita affecti ſumus: ſedemus verò à motu, quo humor æquabili modo quáque verſus ſe porrigit.

5 Quam ob cauſam cùm parte corporis dextra cubamus, ſomnus magis accedit? Vtrum quòd vigilantes contra, quàm dormientes, habemus. Ergo cùm vigilando parte accubemus ſiniſtra, cõtrariũ ſequetur in dormiẽdo, initio, cũ id cõtrariũ ſit.

A μα Διὰ τί πρὸς τὰ σιμὰ χαλεπῶς βαδίζομεν; ἢ διότι πᾶσα πορεία ἐξ ἄρσεως καὶ θέσεως συντελεῖται; τὸ μὲν οὖν ἆραι, παρὰ φύσιν· τὸ δὲ θεῖναι, κατὰ φύσιν· τὸ δὲ προθεῖναι, μεσότης· ἐν δὲ τῷ πρὸς τὰ σιμὰ βαδίζειν, πολὺ τὸ παρὰ φύσιν. μβ Διὰ τί οἱ ἀφ' ἵππων ἧττον πίπτουσιν; ἢ διὰ τὸ φοβεῖσθαι, φυλάττονται μᾶλλον;

B Ὅσα ἐκ τοῦ πῶς κεῖσθαι καὶ ἐσχηματίσθαι συμβαίνει. ϛ.

Διὰ τί ἡ καθέδρα τῶν μὲν παχύνει τῶν ἀνθρώπων, τῶν δὲ, ἰσχναίνει; πότερον [ὅτι] αἱ ἕξεις διαφέρουσιν; οἱ μὲν γὰρ, θερμοί εἰσιν· οἱ δὲ, ψυχροί. οἱ μὲν οὖν θερμοὶ, παχύνονται (κρατεῖ γὰρ τὸ σῶμα τῆς τροφῆς, διὰ τὴν θερμασίαν) οἱ δὲ ἐψυγμένοι, διὰ τὸ δεῖσθαι C ἐπεισάκτου θερμότητος, καὶ τοῦτο πάρεστιν μάλιστα τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν κινήσεων· οὐ [γὰρ] δύνανται πέττειν ἠρεμοῦντες. ἢ ὅτι οἱ μὲν, περιττωματικοί εἰσι, καὶ δέονται κινήσεως, ἣ ἀναλώσει ταῦτα· οἱ δὲ, οὔ; β Διὰ τί δεῖ ποιεῖν διάτασιν τῶν μερῶν· ὃ ποιεῖ ὁ γυμναζόμενος; ἢ ὅτι δεῖ τῷ οἰκείῳ πνεύματι καθαίρεσθαι τοὺς πόρους; γ Διὰ τί συγκεκαμμένον βέλ-D τιον κατακεῖσθαι, καὶ πολλοί γε παραγγέλλουσι τοῦτο καὶ τῶν ἰατρῶν; ἢ ὅτι ἀλεαίνουσα ἡ κοιλία, θᾶττον πέττει; οὕτω δὲ καὶ ἀλεαίνει μᾶλλον. ἔτι δεῖ τοῖς πνεύμασι τόπον διδόναι, εἰς ὃν ἀπερείσονται. οὕτω γὰρ ἥκιστα λυπήσουσιν αἱ φῦσαι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἰξίαι καὶ τὰ ἄλλα ἀποστήματα ὑγιεινὰ, ὅτι ἔχουσι κοιλίας εἰς ἃς ἀποδέχονται τὰ πνεύ-E ματα. ἐκτεταμένου μὲν οὖν, οὐ γίνεται κοιλία· (ἅπαντα γὰρ τὸν τόπον τὰ σπλάγχνα κατέχει) συγκαμφθέντος δὲ, γίνεται.

δ Διὰ τί ἀνισταμένοις ἴλιγγος μᾶλλον γίνεται ἢ καθιζάνουσιν; ἢ διότι ἠρεμοῦσι, τὸ ὑγρὸν εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἀποκλίνει; διὸ καὶ τὰ ὠμὰ ᾠὰ οὐ δύνανται δινεῖσθαι, ἀλλὰ καταπίπτει. κινούμενον δὲ τὸ ὑγρὸν, ὁμοίως ἔχει. ἀνίστανται μὲν οὖν ἠρεμήσαντες, ὅτε οὕτως F διάκεινται· καθιζάνουσι δὲ ἐν κινήσει γενόμενοι, ὅτε ὁμαλῶς ἔχει τὸ ὑγρὸν καὶ ἐσκέδασται. ε Διὰ τί ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατακειμένοις, μᾶλλον ἐπέρχεται ὕπνος; πότερον ὅτι ἐναντίως ἔχοντες ἐγρηγόρασι καὶ καθεύδουσιν; ἐπεὶ οὖν ἐγρηγορότες ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ κατάκεινται; τοὐναντίον ἔσται ἐπ' ἄλλης ἀρχῆς καὶ τῆς ἐναντίας.

ἢ διὰ